



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

Atyrvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13059**

ultimo navigio fit patiens, quibus  
omnis generis fruges & merces  
Tholosam exportant: unde sedato  
cursu circumjectans, regionem per-  
agrans, in finibus viculi Sanctæ  
Crucis duobus à Tholosa milliari-  
bus Garumnæ miscetur, positisque  
fascibus & nomine, imperium Ga-  
rumnæ tamquam principis liben-  
ter agnoscit: etsi nullum apud ve-  
teres Chronographos, vt Melam,  
Solinum atque alios, nomen ha-  
bet.

ATYRVS.

**A**TYRVS sive ATYRVS, à *la Doune*  
Lucano & Aufonio vocatur, r.  
& à Vibio Sequestro in libello ad  
Virgilianum filium, Atyr, cum  
ait; *Atyr Tarbella civitatis Aqvi-*  
*tania in Oceanum fluit.* Lucanus  
quidem his versibus libro primo  
de bello Pharsalico.

— tunc rura Nemetis  
*Qui tenet & ripas Atyri, qualiter*  
*tore curvo.*

GAR-  
RUM-  
NA.

498 Pap. Mass. descr. Francia  
*Molliter admissum claudit Tarbet-*  
*licus equor.*

Et Ausonius:

*Insanumque ruens per saxa rotan-*  
*tia latè.*

*In mare purpureum Tarbellicus*  
*ibit Aturrus.*

Nomen aliud Ptolomeus habet, quanquam non admodum ab his alienum. At posteritas Adurum & Adurim appellavit, ut ex Codice Theodosiano perspicimus. E saltu quidem Pyrenæo, qui ab incolis dicitur *Pigmintolius*, inter rupes & saxa rotantia oritur, & per Bigerrionum campos torrentissimè sæpe extra ripas diffluit. Sunt autem *Bigerri* seu Bigerrones, populi ad Pyrenæorum radices inter Convenas & Benearnenses positi. Tellus enim frigida & vitibus caret, quos idcirco Ausonius *pellitos* vocat, propter nimiam cœli intemperiem & frigoris sævitiam. Foventur tamen aquis calidis & mirè salubribus, sicut & Benearnenses, atque ex tota Gallia & Hispania valetudinis ergo in ipso Veris exitu & Au-

Francia  
landit Tarbelli

saxa rotan

Tarbelli

omens habet,

odum ab his

as Adurum &

vt ex Codice

imus. E saltu

qui ab incolis

inter rupes

tur, & per

torrentis in-

diffluit. Sunt

Bigerrones,

radices in-

Benearnenses

frigida & vi-

de circo Auso-

propter ni-

riem & fri-

entur tamen

è salubribus,

es, atque ex

nia valetudi-

exitu & Au-

per Flumina. 499

tumni initio concurritur. Non  
procul à fontibus Aturri *Baigne-*  
*riarum* aquæ à corporibus abluen-  
dis nomen sortitæ sunt. Dissitæ  
ab vrbe Tarbiensi duabus aut  
tribus leucis, & aquæ Bigerrio-  
num non Tarbellæ, sed Tarbien-  
ses dicuntur. Aturrus igitur post  
aliquot intervalles emensa spatia,  
Arcem *Astensem*, vnde illustris  
apud Aquitanos *Grandimontano-*  
*rum* familia originem traxit: in-  
de *Tarbam* Bigerrionum metro-  
polim, civitatem antiquam, &  
Episcopali dignitate jam à multis  
seculis ornatam alluit. Nec verò  
existimandum quod Tarbello-  
rum caput vel metropolis Tar-  
bia dicta sit, cum in chartis Ec-  
clesiasticis Bigerrionum Episco-  
patus dicatur; sed quod Tarbel-  
li qui ad ostia Aturri habitant,  
non sint admodum disjuncti à  
Tarbia. Idem Aturrus per *Pla-*  
*centiam* oppidum & *Barcelonem*  
Arminiensis Comitatus exiguas  
vrbes labitur. Hinc non longo in-  
tervallo in *Landarum* provinciam  
defluens, *Tasches* oppidum, ubi

GARVM  
NA  
Baignie-  
res.

Gram-  
mont.  
Tarbe.

Plaisan-  
ce.  
Barce-  
lone.

- GARVM** *Larrosus* fluviolus Aturro miscetur, & postmodum *Ayrensem* sive *Atyrensem* civitatem, quæ in actis Ecclesiasticis *Adurensis* dicitur, perfluit. Hæc in fertili & irriguo solo posita, opulento Episcopatu sub *Novempopulania* comprehenso floret. Ab hac civitate vsque ad
- Mugrò.** *Mugronum* oppidum prope *Tartasseos* Aturris ab vtraque ferè ripa vitiferis collibus frondescit, ex quibus vinum album suavissimi saporis, quod *Chalosseum* vocant, ab Aquitanis laudatum exprimitur. Adjacent inde Aturro à læva, & ab occidente *Benearnenses* populi liberi, & ad radices *Pyrenæi Cantabri* oppositi. Subest *Benearnensis* provincia duobus Episcopis, *Eloroni* & *Lascurre.* *Gloron.* *l'Escur.* *Le Pau* riatus etiam hodie *Palo* *Benearni principum* Regia ad ripas *Gavi*, sive vt vocant, *Gaberi* fluminis sita, septem leucis à *Pyrenæis* tantum distat, sed in solo plano pulchroque posita. Insuper *Academia Hortes.* *Hortesium*, vbi literæ docentur, *Hortensi*que, subsunt Episcopatu *Lascurrensi.* Quod autem *Gabe-*

er. Francie  
Aturro misce-  
Ayrensem sive  
n, quæ in actis  
nsis dicitur,  
tili & irriguo  
o Episcopatu  
comprehen-  
tate vsque ad  
a prope Tar-  
raque ferè ri-  
rondescit, ex  
suavissimi sa-  
m vocant, ab  
a exprimitur.  
ro à læva, &  
nenses populi  
Pyrenæi Can-  
dest Benear-  
obus Episco-  
scurra. Glo-  
Palo Benear-  
d ripas Gavi,  
ri fluminis si-  
Pyrenæis tan-  
lo plano pul-  
er Academia  
ræ docentur,  
it Episcopatu  
autem Gabe-

per Flumina.

501

rum vocant; & Vascones, B. pro- GARVM  
nuntiant vbi V. scriptum est. Poë- NA.  
ta nescio quis irridet, cum ait:

*Nostrum vivere bibere est.*

Ab Airenfi civitate Aturrus Cæ-  
nobium *Castellanum* irrigat, inde  
*Cazenas* & *Grantam* vrbes, mox  
intra quatuor milliaria oppidum  
*S. Severi* ab Auscis distans sex mil- *Saint*  
liaribus, quod Vasconia caput vo- *Sever.*  
cant, perlabitur. Est autem hoc op-  
pidum, & Senescallo Landarum  
prætorio, & munitissima arce, nec  
non opulento Benedictinorum cæ-  
nobio clarum. Ab hoc circiter qua-  
tuor milliariibus distat *Monmar-* *Mont*  
*sanum*, Gregorio Turonensi co- *de Mar-*  
gnitum, ad confluentes *Dusa* & *San.*  
*Midovi* puri, perspicui, vitreique *la Dou-*  
amnis, qui deinceps sub *Dusæ* no- *zer.*  
mine ad promontorium, quod est *Midou,*  
proximum *Tartassio* oppido, in  
Aturru influunt. Denique Atur-  
rus vsque ad *Baunæ* ostia fit navi-  
giorum tolerans, quibus omne ge-  
nus frugum & mercium passim ef-  
fertur. Hinc Aturrus *Tartasum* in-  
terneecione & excidio Anglorum  
perfluit, à quo per campos vix cul-

GARVM  
 ONA. tus humani patientes, & stantibus  
 arenis plerumque obductus, ripâ  
 depressâ & subductâ tanquam fur-  
 tim incedês, *Aquas* oppidum, quas  
 antiqui *Tarbellicas* & *Augustas*, &  
*Aquensium* civitatem vocarunt,  
 cœlo & solo jam benigniore, & suis  
 vndis jam ditior & augustior factus  
 salutat. Hęc civitas longo terra-  
 rum tractu à *Vicanis Aquensibus* in  
 ora *Fuxensi* distat, nec non à *Vicanis*  
 qui sunt supra *Tarbedam* positi.  
 Est autem *Aquensis* civitas parva  
 quidem, sed ad omnes *Hispanorum*  
 impetus munitissima: cùmque sit  
 in *Imperii Francici* finibus, per-  
 petuos milites & præsidarios fo-  
 vet, neque videri potest: non com-  
 memorandum quod singulari fon-  
 tis ingenio intra mœnia scatu-  
 rientis, & igneo fervore semper  
 æstuantis, tum marmoreis solis  
 admodum expoliti, eximiam sibi  
 laudem vindicat. Ex eo fonte mul-  
 ta vis aquæ in *Aturram* dilabitur.  
 Extant ægrotantiũ corporibus mul-  
 ta a primè salubria aquarum calida-  
 rum balnea, non solùm in ea vrbe,  
 sed & in tota gentium illarum ora,

scr. Francie  
es, & stantibus  
bductus, ripa  
tanquam fur-  
ppidum, quas  
& Augustas, &  
m vocarunt,  
igniore, & suis  
ugustior factus  
longo terra-  
Aquensibus in  
non à Vicariis  
bedam positi.  
civitas parva  
s Hispanorum  
a: cumque sit  
finibus, per  
æfidiarios fo-  
test: non com-  
singulari fon-  
mœnia scatu-  
ervore semper  
armoreis solis  
eximiam sibi  
eo fonte mul-  
tum dilabitur.  
orporibus mul-  
quarum calida-  
um in ea vrbe,  
n illarum ora,

per Flumina. 503

quæ Pyrenæi montis radices inco-  
lunt; vulgus *Preissasia* & *Terzisia*  
appellat. A copia autem & multi-  
tudine aquarum huic civitati olim  
nomen inditum verisimile est. Ab  
hoc Aquensium oppido Aturrus im-  
pellente Oceani æstu aliquantulum  
vrgeri incipit. Hinc seipso tran-  
quillior Gaberum sive Gavem  
fluvium à Benearnensibus emis-  
sum, innavigabilem, & tergemino  
se explicantem alveo, at concitatis  
aquis rapidum, & se tandem colli-  
gentem, ad *Petraforata* oppidum  
excipit. Hoc flumine concepto ple-  
nior factus, propter Baionam sive  
Boionam vltimam Tarbellorum &  
Imperii Francie civitatem, vndas  
suas lato spatio trahit, intraque  
vnum milliare ab ipsa vrbe viden-  
dus exit in Oceanum. Ante annos  
autem aliquot ejus fluminis ostium  
magno provinciæ commodo latius  
factum est, perducta fossa multò  
breviori quàm vetus & naturalis  
esset, operâ & industriâ Ludo-  
vici Fuxei Architecti & Mecha-  
nici Regii. Quod quidem Baio-  
nenses non *Beccum*, sed *Buccalem*

GA:  
RVM-  
NA.

Bec.  
Bocalo.



GARVM vocant. *Baiona* verò murorum &  
 NA. aggerum firmata munimentis, tu-  
 tissimum est Galliarum propugna-  
 culum, & sede Episcopali & Se-  
 nescalli pratorio, & portu celebri  
 ( ad quem naves ex tota Europa  
 conveniunt ) non levem est conse-  
 cuta inter reliquas Aquitaniae di-  
 gnitatem. Et cum in finibus Can-  
 tabrorum jaceat, qui Biscaini ap-  
 pellantur, diverso idiomate incolæ  
 loquuntur; alii enim Gallico, alii  
 Vasconio, alii Cantabrico utuntur.  
 Sunt qui à Boiis antiquis *Boionam*  
 sive *Baionam* dictam putent, cum  
 olim *Lapurdam* diceretur, vbi lo-  
 catur. *Dila-*  
*bour.* catum erat præsidium Romano-  
 rum, idque conjiciunt ex eo quod  
 nostro seculo non multum ab eo  
 distet Præfectura *Lapurdensis*, que  
 que in jure dicendo Tribunal *Baio-*  
*nense* tamquam fori majoris impe-  
 rium veneretur. *Sanfon* Canoni-  
 cus *Baionensis*, mihi olim cogni-  
 tus, rescripsit fluvium qui *Baio-*  
*nam* alluit, appellari *Adurum*. In  
*Le Ni-* vita autem *S. Leonis Nivum* no-  
*be, r.* men suum perdere in exitu vrbis  
 vbi in *Adurum* influit. Denique  
*Nivum*

Cr. Francia  
murorum &  
nimentis, tu-  
am propugna-  
copali & Se-  
portu celebri  
tota Europa  
em est conse-  
Aquitania di-  
finibus Can-  
i Biscaini ap-  
iomate incolæ  
Gallico, alii  
orico vtuntur.  
quis Boionam  
putent, cum  
etur, vbi lo-  
m Romano-  
nt ex eo quod  
nultum ab eo  
urdensis, quæ  
tribunal Baio-  
majoris impe-  
son Canoni-  
i olim cogni-  
m qui Baio-  
Adurum. In  
s *Nivum* no-  
n exitu vrbis  
ait. Denique  
Nivum

per Flumina. 505

Nivum descendere à radicibus  
montis *Rancevallis*, hoc est à Se-  
ptentrionibus fluere. Piscatio au-  
tem in Aturro flumine copiosa &  
fructuosa est, in altoque alveo tru-  
ctas habet, vt alii piscosum amnem,  
immò alii piscosissimum, & flumen  
multo pisce refertum prædicent.  
Multiplici enim partu procreat lu-  
cios, salmones, alaufas, barbos,  
carpiones, sturionem, sed præci-  
puè tructas, quæ per Gavum Be-  
nearnensem in Aturrum deferun-  
tur, vt Garumnæ & Durannio va-  
riorum piscium proventu nihil  
concedat; vnde Sidonius Apolli-  
naris lib. 8. epist. 12. Aturricos  
pisces Garumnis mugilibus in-  
sultare scripsit. Postremò *Lugiam*  
in ultimis Aquitaniæ finibus Re-  
gino historicus sitam ait, quæ ho-  
die *S. Joannis Lugiensis* nomine  
censeri solet.



X